



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

[1.] Qvaliter Divinvm Officium audiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

rum, nec non etiam assensu Capituli pauperum commilitorum Templi, quod est in Ierusalem, scripto commendaretur, ne obliuioni traderetur, & inenodabiliter seruaretur, ut recto cursu ad suum conditorem, cuius dulcedo tam mel superat, ut ei comparatum velut absynthium sit amarissimum, peruenire dignè mereatur: præstante, cui militant, & militare queant, per infinita sæculorum sæcula, Amen.

INCIPIT REGVLA PAV.
PERVM COMMILITONVM
Sanctæ ciuitatis.

QUALITER DIVINVM OFFI-
cium audiant.

VOs quidem, proprijs voluntatibus abrenunciantes; atque alij, pro animalium salute vobiscum ad terminū cum equis & armis summo Regi militates, Matutinas, & omne seruitum integrum secundū canonicam institutionē, ac regulariū doctorum sanctæ ciuitatis consuetudinem pio ac puro affectu audirevnuersaliter studeatis. Idcirco vobis, venerabiles, Fratres maximè debetur, quia præsentis vitæ luce despesta, contemptoq; vestrorū corporum cruciatu, saeuientem mundum

pro

pro Dei amore vilescere perenniter promisisti, diuino cibo refecti ac satiati, & dominicis preceptis eruditi & firmati, post mysterij diuini consummationem nullus pauescat ad pugnam, sed paratus sit ad coronam.

2. **QVOT ORATIONES DOMINI-**
cas, si audire nequierint, dicant.

CAETERVM si aliquis frater negotio Orientalis christianitatis forte remotus, quod saepius euenisse non dubitamus, & pro tali absentia Dei seruitium non audierit, pro Matutinis **xiii.** orationes Dominicas, ac pro singulis Horis, septem; sed pro Vesperis **ix.** dicere collaudamus, ac libera voce vnanimiter affirmamus: isti etenim in salutifero labore ita directi, non possunt accurrere hora competenti ad diuinum Officium; sed si fieri potest, horæ constitutæ non prætereant ante institutum debitum.

3. **QVID AGENDVM PRO FRATRI-**
bus defunctis.

VANDO verò quilibet fratrum remanentium morti, quæ nulli parcit, impendet, quod est impossibile auferri, Capellanis ac Clericis vobiscū ad terminum caritatiè summo Sacerdoti seruientibus,